



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiarum reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

§. 11. Principium 11. Ubi lex non distinguit, neque nos distinguere
debemus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

cretum non incurri ab eo, qui extra Territorium tale statutum violat, uti in cit. cap. an. im. statutum.

Deducitur 2. Peregrinum non obligari ad Festa proprii domicili servanda, si in loco, ubi moratur, non serventur, ut Suar. Sanch. Lessius & plures alii apud & cum Bonac. l. c. n. 64. docent.

Deducitur 3. Eum, qui in die jejunii exit in locum, ubi non est præceptum jejunium, non peccare, etiamsi ibi carnes comedat, uti cum Less. Salas. Suar. Sanch. & pluribus aliis docet idem Bonac. l. c. n. 64.

§. XI.

PRINCIPIUM XI.

Ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus.

Sensus.

Hoc est, quando lex generaliter pro rota aliqua universitate rerum aut Personarum aliquid decernit, nullamque inter res aut Personas distinctionem facit, neque nos distinguere, & talem legem ad hos potius, quam alios casus aut Personas extendere debemus.

Authoritas.

Desumptum est ex communi Sensu Authorum, teste Gobat p. 1. thes. Indulg. n. 265. & colligitur ex cap. Quia circa. 22. de privileg. item ex le. de pretio 8. ff. de publiciana. l. 1. & l. 2. quodque refert, & approbat Barbosa axiom. 136. n. 4. atque aliud locum habere, quando lex una indistinctè loquitur pro aliam legem aut circumstantias appositam non limitatur.

Ratio.

Quia verba generalia generaliter accipienda sunt, ut Barbosa axiom. 222. ex pluribus legibus probat, nisi aliquid quid obstat; ergo cum verba indistincta sint generalia, generaliter etiam accipienda erunt.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Episcopum remittentem alicui de-

episcopales indefinitè, remississe videri non solum præteritæ, sed etiam futuras, uti in cit. cap. quia circa definiuntur.

Deducitur 2. Omnes Homines baptizatos debere esse Principi subjectos, cum Christus S. Petro indefinitè dixerit: Ecce oves meas, Ita Innoc. III. Constantino Imperatori scripsit, uti in cap. solitæ. 6. de major. & obed. videre est.

Deducitur 3. Indulgentias quinque Sanctorum, & S. Caroli Borromæi posse applicari imaginibus, ac crucibus, æqueis, & papyraceis, & metallinis, quia in earum Bulla indubitanter dicitur, eas indulgentias tribui imaginibus & monumentis. Ita P. Gobat p. 2. thes. Indulg. n. 365.

§. XII.

PRINCIPIUM XII.

Consuetudo est optima Interpret Legum.

Sensus.

Hoc est, quando non satis constat, an & quomodo lex in hoc vel illo loco recepta sit, optimum est consilium recurrere ad consuetudinem, & attendere, quo modo Incolæ loci se obligatos hactenus putaverint ad legem talem servandam, & quâ ratione illius Transgressores puniri solent.

Authoritas.

Desumptum est ex cap. cum dilectus. 8. de consuet. Item de. minime 23. de leg. & le. si de Interpret. 37. ff. eodem; illudque refert. & approbat Barbofa axiom. § 6. n. 6. cum pluribus Authoribus ib. cc.

Ratio.

Quia, cum Ipsæ Leges nullâ aliâ ex causâ nos teneant, nisi quod iudicio Populi receptæ sint, ut dicit Julianus in l. de quibus 32. ff. de leg. merito etiam eæ, quas sine ullo iudicio Populus probavit, & quidem catenus tantum, quatenus probavit, obligabunt.

Praxis.

Hinc deducitur 1. in Germania licere sine ullo scrupulo in

H h 5

lo in